

adversarius?

contra cives Colonienses sibi continue adversantes, ⁵⁰⁷ tinxit valida obsidione. Dicitur igitur archiepiscopus et ⁵⁰⁸ sibi federati eidem duci Brabantie et suis prompte cum valido exercitu occurrentes in die beati ⁵⁰⁹ Bonifacii episcopi sub anno domini 1288 bellum ad invicem crudelissimum commiserunt. In quo quidem bello dux Brabantie victoria est potitus, mortuis ibidem comite de Lutzelinburgensi ⁵¹⁰ et fratre suo, Henrico de Westerburch egregia milite, fratre dicti archiepiscopi, et aliis multis nobilibus, plus quam mille viris nobilibus interfertis de parte archiepiscopi et plus quam mille captivatis. Comes quoque Lebric per ducem Brabantie captus abducitur, et ipse Syfridus Coloniensis archiepiscopus per comitem de Monte similiter captus carceri mancipatur. Ex quo quidem lamentabili casu ecclesia Coloniensis nimium fuit humiliata. Nam eadem turbine comes Juliacensis castrum Tulpense ⁵¹¹ munitissimum cepit et destruxit. Comes vero de Marka in ducatu Westphalie ⁵¹² munitiones et ⁵¹³ stre ecclesie plurimas ⁵¹⁴ devastavit. Tandem post annos aliquos ⁵¹⁵ ipse dominus ⁵¹⁶ Syfridus archiepiscopus a sua captivitate ⁵¹⁷ restitutus sicut ⁵¹⁸ fortis athleta ⁵¹⁹ et pugil ecclesie invictus licet ⁵²⁰ prostratus post casum tamen fortior resurgens castrum illud mobile in Brule ⁵²¹ videlicet ad ecclesie presidium contra civitatem Coloniensem et ad ipsorum superbiam reprimendam maximo sumptu, ~~xxx~~ ~~xxx~~ presertim propter Coloniensium sue ⁵²² vicinam in proximo potentiam, cum non modico militaris potentie apparatu de novo construxit et forti munitissime roboravit. Idem etiam in oppido Beckensi ⁵²³ extra portam super litus Rheni fluminis turrim munitissimam ad custodiam Rheni construxit, sed morbo preventus eandem imperfectam reliquit, quam tamen successor ipsius Wigholdus archiepiscopus

1288 iun. 5.

1289 mai. 19.

⁵⁰⁷ Jam anno 1276, quo quidem tempore adhuc concordia archiepiscopum inter et cives Colonienses erat, fortalicia erigi coepta esse monuit Ennen Gesch. d. N. Koeln II, Vorb. p. 78; cf. Quellen 2. Gesch. d. N. Koeln III, 117.

⁵¹⁵ Ex diplomatibus ap. Luc. II, p. 508 sqq. Syfridum post annum nondum completum liberatum esse apparet.

o) referi add. 4.4.4. p. 1 beati deest 2. q. 1 de Lutzelinburg 1. de Lutzelinburg 3. 1) Tulpum 1.3. s) Westfalen. 2. 4) plurimas 1.2.3. u) aliquos solus cod. 4. in cod. 4. post annos videtur fuisse numerus, sed ipse scriptor decessit. v) dictus 4.4.4. w) sicubi 2.3. x) adletha 1.3. y) Brule 1. Brule 4.4.4. z) Coloniensem sive 4.4.4. a) Beckensi 1.3.

1297

1297

1297

1298 aug

1298 nov